



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXIII.

4. Novembris. Pridie Nonas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

nominis tui famam cum immortalitate transmisit ad posteros. Arripio nunc ego ex Mellifluis eiusdem de te verbis materialiam, qua te alloquar. Esto mihi alter Elias, impatiens & de spiritu tuo mihi, Verba ipsius enim in spiritu & virtute venisti. S. Bern. Vita tua lex vitae & disciplinae; mors tua Mala- mortis portus, & porta vitae. O luminare lachia. magnum & lux in tenebris lucens, signum radij & meritorum, illuminans carcerem, laetificans civitatem. Benedixisti moriens Bernardo, benedic & mihi morienti.

S. BERNARDUS, ser. I. de S. vict.

Studeamus moribus conformari, cui in Imitatione mirabilibus similari. et si volumus, non virtu- valemus. Emulemur in viro sobrietate, um victum, devotum affectum, man- suetudinem spiritus, castimoniam cor- poris, oris custodiam, animi purita- tem.



4. Novembris. Pridie Nonas.

B. TEZELINE, venerabilis senex. Floruit Claræ vallis, qui ultimis vitæ annis anno gravi morbo afflicsus, & quanquam dolorum tolerantiâ meruisti, ut Mater totius consolationis, circumdata An-

Qq 2 gelorum

364 ANNI CISTERCIENS.
gelorum choro egredienti animæ ob-
via procederet: quod B. Gaufridus, eo
tempore in oðæo sacro precibus inten-
tus, claro die conspexit. In eandem
ego tota mentis fiducia spero: tu me doce il-
lam modò ita colere, ut in morte illius me
rear patrocinio protegi.

Floruit B. HENRICE Converse Hem-
menrodensis, qui ob corporis animiq;
anno 1221. integritatem à D E O specialiter dilec-
tus, oculis donatus es supra humanam
aciem elevatis. Properabat ad mor-
Appar- tem quidam è Monachis, ad cuius ca-
ritions put cùm sederes, territus es à duobus
videt exoticæ magnitudinis corvis illicis
miras. cum volantibus. Sed te in preces pro-
cumbente, median se intulit candoris
nivei columba, quæ aves inauspicatas
abegit, placidamque infirmo mortem
peperit. Jucundiora tibi dedit specta-
cula Hermannus Prior, circa cuius ca-
put in aëre columba illa suspensa ha-
rebat, dum psalleret, & in cuius bra-
chiis ludebat pulcherrimus puerus,
dum Incruentam D E O hostiam offer-
ret. Neque minùs delectabar M A-
R I A Unigenitum suum gestantis
præsentia, & hilares in choro cantores
blandè, desides verò torvè intuentis.
Sed & ipse Consolator Spiritus sub
forma venerandi senis familiare collo-
quium

quium tecum frequenter habuit: cui
cùm simplici pietate cingulum tuni-
cámque offerres, non respuit ille mu- *Cingulo*
nus, sed altera die novum cingulum *à Spiritu S.*
donavit, quo ad morbos depellendos *dona-*
felicissimè utebaris; & maximè in *tur.*
morbum alias sanari difficultem, carnis
pruritum, multi experiebantur mirum
in modum efficax. Is porrò te studio-
sè ad observantiam sacri Instituti hor-
tabatur; utpote, ut ajebat, summæ
perfectionis: proximum Angelis puri- *Ordinis*
tate, par Martyribus rigore, Prophetis *Cister-*
contemplatione, Apostolis paupertati- *ciensis*
te, Patriarchis, verbi divini prædicati- *encomia*
one, & peccatorum conversione. Mo- *um in-*
rituro iterum adfuit Regina cœlitum, *signe.*
quam singulis per ordinem, quo dis-
cessuri erant, infirmis bene precantem
vidisti. *Illumina & meos internos ocu-*
los, ut imprimis videam Dei continuam in
me præsentiam, omnes animi motus intu-
entem. Perspiciam deinde meipsum, mille
imperfectionibus obstatum, ut exinde me
despicere & humiliare discam.

S. BERNARDUS, ser. 37. in Cant.

Si nos ignorantia Dei tenet, quomodo Ignor-
sperabimus in eum, quem ignoramus? ^{rantia} duplex
si nostri, quomodo humiles erimus? ^{vitāda.}
scimus autem, nec superbis nec despe-

QQ3 ratis

366 ANNI CISTERCIENS.
ratis partem esse vel societatem infor-
te sanctorum.



5. Novembris. 8. Idus.

Obiit
anno
1114.

B. UDARDE Episcope Brechinensis in Scotia. Producit te in publicum ex Cuprunensi Cisterciensium monasterio tum saepe ex suggestu cum plurium admiratione audita facundia, tum vita doctrinæ, quam tradebas, conformis: quâ utrâque dote, velut rutilantibus gemmis tiaram Pontificiam condecorasti usque ad maturam cœlo ætatem. Quam improvidi sumus mercatores, dum pretiosissimum hoc me rendi tempus inter crepundias pueriles si nè fructu dilabi permittimus, dispensium hoc tota æternitate nunquam reparatur!

Obiit
anno
1184.

B. HAKETE, Abbas Dunensis. Sustinebas in virilis ætatis primo flore munus Decani Brugis; de consequenda æterna salute solicitus, sed non satis tibi videbaris securus tot implicatus rerum mundanarum negotiis. Unde ad Monasticam solitudinem cofugiens, tantum in sacra disciplina profecisti, ut noviter condendo Monasterio Thosano præpositus fueris, & post quatuor annorum felices labores ad maternam